Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Lichtenthal 7

Langton, Stephen

Frankreich (?), [13. Jh.]

Das Buch Osee

urn:nbn:de:bsz:31-35356

Visual Library

nichil custodit. ita sunt dii illorum lignei
et argentei et inaurati. Eodem modo et in orto
spina alba super quam omnis avis sedet.
similes et mortuo proiecto in tenebras si-
miles sunt dii illorum lignei et inaurati
et inargentati. A purpura quoque et mar-
more que super tenent scietis itaque quia non
sunt dii. ipsi etiam postremo comeduntur et e-
runt in obprobrium et erit in regione.
Melior est homo iustus qui non habet si-
mulacra. nam erit longe ab obprobriis.

Prologus in duodecim prophetas.

Non idem ordo est duodecim
prophetarum apud hebre-
os qui et apud nos. unde
secundum id quod ibi legitur hic
quoque dispositi sunt. Osee
commaticus est et quasi per sententias loquens. Io-
hel planus in principiis in fine obscurior
et usque ad malachiam habent singuli proprieta-
tes suas. quem esdram scribam legis et
doctorem iudei affirmant. Et quia longum
est nunc de omnibus dicere. hoc tantum vos o paula
et eustochium admonitas volo unum li-
brum esse duodecim prophetarum et osee contempo-
raneum ysaie. malachiam vero aggei et za-
charie fuisse temporibus. In quibus autem tempus non
prefertur in tytulo sub illis eos regibus pro-
phetasse sub quibus et hii qui ante eos
habent tytulos prophetaverunt. Prologus in osee.

Temporibus ozie et ioathe regum iuda
et ieroboam filii ioas regis israhel. osee
filius beeri ad prophetiam docente spiritu sancto
repletus est. de memorato itaque numero
regum. achaz rex iuda. et ieroboam rex
israhel. deum relinquentes ut hystorie regum
et paralipomenon indicant et israhel ydola-
tre civium impio ac potestate sua coege-
runt adunire. Propter quod deus ad osee hec lo-
cutus est dicens. Accipe tibi uxorem forni-
cariam sive fornicationum et fac filios for-
nicationis. fornicariam itaque non elocatam
corporis meretricem sed gentilem deum ignorantem
appellat que dei creatoris sui contempto simu-
lacris se subiecerit desideriis. Secundum quod propheta pre-
cepta dei in hac paruisset conceptum ex ea
filium iezrahel precipit nominare deo polli-
cente post breve tempus sanguinem iezrahel
in domo hieu vindicare. Cuius promissi-
onis causa hec est. hieu per heliseum regem unc-
tum. ad defendendum sanguinem nabu-
the avens iezrahel qui tunc temporis in opido
erat. quem iezabel achab regis israhel ux-
or interemerat. sicut hystoria regum expo-
nit. cum generationem ... per ira divinum preceptum
vindicandi sanguinis causa iam commemoratos do-
mos deleverit. hoc pacto deliquisse inve-
nitur. Cuius pronepote ieroboam qui lec-
tione comprehensus est originis sue terra invita-
te. ac in terra dei precepta et rehele (?) fuisse pro-
fusus in domo patris hieu patris memora-
ti ieroboe propter peccata redundantur significatur.
hinc tantum est ut ira dei in populum israhel pro-
denunciatione prophete precessum dicatur. Domum
autem iude misericordia ob hoc lectione comprehensam pul-
sa est quia ezechias rex iude ache sublatis y-
dolis quam tam pater eius quam ceteri reges consecuerant
templum dei purgasse ac purificasse de-
monstratur. Item alius prologus.

Osee intelligit salvans. In xii prophetis veli-
quis profundior in sententiis. et copiosi-
or intellectu. Iste ad eas tribus que
vocantur effraim et samaria domos io-
seph et israhel loquitur. sed per effraim hereti-
cos arguit. qui recedentes ab unitate
ecclesie principes terra sunt ydolorum. Per samari-
am autem eosdem hereticos demonstrat fi-
guram. qui preceptorum dei custodes esse me-
untur. et sub preterita vitans iudaicum cole-
re. hic hystorialiter iudeos in tempore ultimo xpm
credituros pronunciavit. Tertium quam die
dominice resurrectionis predixit. Prophetavit autem
in diebus ozie regis iuda sive ieroboam
regis israhel quando ysaias. fuit quoque de tribu ysa-
char natus in bethsemoth. hic pronuncians
dedit signum. Veniet dominus quasi querens
que est in silo. In semetipsa in xii partes
erit divisa. totidem quoque querere efficient. hic
intra sua sepultus placida quiete dormivit.

Verbum domini quod factum Incipit
est ad osee filium beeri osee.
in diebus ozie ioathan
achaz ezechie regum iuda
et in diebus ieroboam filii ioas regis is-
rahel. principium loquendi domino in osee. Et dixit
dominus ad osee. Vade sume tibi uxorem fornica-
riam. et fac filios fornicationum. quia forni-
cans fornicabitur terra a domino. Et abiit et
accepit gomer filiam debelaim et con-
cepit et peperit filium. Et dixit dominus ad eum. Voca ... (marginal note, illegible)
nomen eius iezrahel quoniam adhuc modi-
cum. et visitabo sanguinem iezrahel super

domum Iehu et quiescere faciam regnum domus Israel. Et in illa die conteram arcum Israel in valle Iezrahel. Et concepit adhuc et peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius Absque misericordia, quia non addam ultra misereri domui Israel, sed oblivione obliviscar eorum. Et domui Iuda miserebor et salvabo eos in Domino Deo suo, et non salvabo eos in arcu et gladio et bello et in equis et in equitibus. Et ablactavit eam que erat absque misericordia. Et concepit et peperit filium. Et dixit ei: Voca nomen eius Non populus meus, quia vos non populus meus, et ego non ero Deus vester. Et erit numerus filiorum Israel quasi harena maris que sine mensura est et non numerabitur. Et erit in loco ubi dicetur eis Non populus meus vos, dicetur eis Filii Dei viventis. Et congregabuntur filii Iuda et filii Israel pariter, et ponent sibimet caput unum et ascendent de terra, quia magnus dies Iezrahel.

II. Dicite fratribus vestris Populus meus, et sorori vestre Misericordiam consecuta. Iudicate matrem vestram, iudicate, quoniam ipsa non uxor mea, et ego non vir eius. Auferat fornicationes suas a facie sua et adulteria sua de medio uberum suorum, ne forte expoliam eam nudam et statuam eam secundum diem nativitatis sue, et ponam eam quasi solitudinem et statuam eam velud terram inviam et interficiam eam siti. Et filiorum eius non miserebor, quoniam filii fornicationum sunt. Quia fornicata est mater eorum, confusa est que concepit eos, quia dixit: Vadam post amatores meos qui dant panes michi et aquas meas et oleum meum et lanam et linum meum et potum meum. Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis et sepiam eam macerie, et semitas suas non inveniet. Et sequetur amatores suos et non apprehendet eos, et queret eos et non inveniet, et dicet: Vadam et revertar ad virum meum priorem, quia bene michi erat tunc magis quam nunc. Et hec nescivit quia ego dedi ei frumentum et vinum et oleum, et argentum multiplicavi ei et aurum, que fecerunt Baal. Idcirco convertar et sumam frumentum meum in tempore suo, et liberabo lanam meam et linum meum que operiebant ignominiam eius. Et nunc revelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, et vir non eruet eam de manu mea. Et cessare faciam omne gaudium eius et sollempnitatem eius, neomeniam eius, sabbatum eius et omnia festa tempora eius. Et corrumpam vineam eius et ficum eius de quibus dixit: Mercedes mee hee sunt quas dederunt michi amatores mei. Et ponam eam in saltum, et comedet eam bestia agri. Et visitabo super eam dies Baalim quibus accendebat incensum et ornabatur inaure sua et monili suo, et ibat post amatores suos, et mei obliviscebatur, dicit Dominus.

Propter hoc ecce ego lactabo eam et ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius. Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco et vallem Achor ad aperiendam spem, et canet ibi iuxta dies iuventutis sue et iuxta dies ascensionis sue de terra Egipti. Et erit in die illa, ait Dominus, vocabit me Vir meus, et non vocabit me ultra Baalim. Et auferam nomina Baalim de ore eius, et non recordabitur ultra nominis eorum. Et percutiam eis fedus in die illo cum bestia agri et cum volucre celi et cum reptili terre, et arcum et gladium et bellum conteram de terra, et dormire eos faciam fiducialiter. Et sponsabo te michi in sempiternum, et sponsabo te michi in iustitia et iudicio et in misericordia et in miserationibus. Et sponsabo te michi in fide, et scies quia ego Dominus. (Iob xxxv…) Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dominus, exaudiam celos, et illi exaudient terram, et terra exaudiet triticum et vinum et oleum, et hec exaudient Iezrahel. Et seminabo eam michi in terram et miserebor eius que fuit absque misericordia. Et dicam non populo meo Populus meus es tu, et ipse dicet Deus meus es tu.

III. Et dixit Dominus ad me: Adhuc vade et dilige mulierem dilectam ab amico et adulteram, sicut diligit Dominus filios Israel, et ipsi respiciunt ad deos alienos et diligunt vinacia uvarum. Et fodi eam michi quindecim argenteis et choro ordei et dimidio choro ordei. Et dixi ad eam: Dies multos expectabis me, non fornicaberis et non eris viro, sed et ego expectabo te. Quia dies multos sedebunt filii Israel sine rege et sine principe et sine sacrificio et sine altari et sine ephod et sine theraphin. Et post hec revertentur filii Israel et querent Dominum Deum suum et David regem suum, et pavebunt ad Dominum et ad bonum eius in novissimo dierum.

IIII. Audite verbum Domini, filii Israel, quia iudicium Domino cum habitatoribus terre. Non est enim veritas et non est misericordia et non est scientia Dei in terra. Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra et infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri et in volucre celi, sed et pisces maris congregabuntur. Verumtamen unusquisque non iudicet et non arguatur vir, populus enim tuus sicut hii qui contradicunt sacerdoti. Et corrues hodie, et corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus eo quod non habuit scientiam. Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris michi, et oblita es legis Dei tui, obliviscar filiorum tuorum et

prem admodum fluminis dare … cum ripas excedit publice … sic fluminis defluunt in mare sic pec… sic peccata … peno … aque egipti sanguine … quociens quociens … adusu peccandi … sanguis … Gula luxuria … et vicia sic peccatum.

ego. secundum multitudinem peccatorum eorum sic
peccaverunt mihi. Gloriam eorum in ignomi-
niam commutabo. Peccata populi mei come-
dent et ad iniquitatem sublevabunt animas
eorum. Et erit sicut populus sic sacerdos et visita-
bo super eum vias eius et cogitationes eius
reddam ei. Et comedent et non saturabuntur.
fornicati sunt et non cessaverunt quoniam dominum
dereliquerunt in non custodiendo. Fornicatio
et vinum et ebrietas aufert cor. Populus
meus in ligno suo interrogavit et baculus eius
annuntiavit ei. Spiritus fornicationum de-
cepit eos et fornicati sunt a deo suo. Super
capita montium sacrificabant et super colles
accendebant thymiama. Subtus quercum
et populum et terebinthum quia bona erat umbra
eius. Ideo fornicabuntur filiae vestrae et sponsae vestrae
adulterae erunt. Non visitabo super filias vestras
cum fuerint fornicatae et super sponsas vestras cum
adulteraverint quoniam ipsi cum meretricibus conversa-
bantur et cum effeminatis sacrificabant
et populus non intelligens vapulabit. Si forni-
caris tu Israhel non delinquat saltem Iuda. Et
nolite ingredi in Galgala et ne ascenderitis
in Bethaven neque iuraveritis vivit dominus
quoniam sicut vacca lasciviens declinavit Israhel.
Nunc pascet eos dominus quasi agnum in lati-
tudine. Particeps idolorum Effraim dimitte
eum. Separatum est convivium eorum. Fornicatione
fornicati sunt. Dilexerunt afferre ig-
nominiam protectores eius. Ligavit eum
spiritus in alis suis et confundentur a sacrificiis
suis. ¶ Audite hoc sacerdotes et attendi-
te domus Israhel et domus regis auscultate quia vo-
bis iudicium est quoniam laqueus facti estis spe-
culationi et sicut rete expansum super Tha-
bor et victimas declinastis in profundum
et ego eruditor omnium eorum. Ego scio Effra-
im et Israhel non est absconditus a me quia nunc forni-
catus est Effraim contaminatus est Israhel. Non
dabunt cogitationes suas ut revertantur
ad deum suum quia spiritus fornicationum in medio
eorum et dominum non cognoverunt. Et respon-
debit arrogantia Israhel in faciem eius. Et Israhel
et Effraim ruent in iniquitatibus suis.
Ruet etiam Iudas cum eis. In gregibus suis
et in armentis suis vadent ad quaerendum
dominum et non invenient ablatus est ab eis. In
domino praevaricati sunt quia filios alienos
genuerunt. Nunc devorabit eos mensis cum
partibus eorum. Clangite bucina in Gabaa

V

tuba in Rama ululate in Bethaven post
tergum tuum Beniamin. Effraim in desolatione
erit in die correptionis in tribubus Israhel ostendi
fidem. Facti sunt principes Iuda quasi assu-
mentes terminum super eos effundam quasi aquam
iram meam. Calumniam patiens est Effraim
fractus iudicio quoniam coepit abire post sordes. Et ego
quasi tinea Effraim et quasi putredo
domui Iuda. Et vidit Effraim languorem su-
um et Iudas vinculum suum. Et abiit Effraim ad
Assur et misit ad regem ultorem. Et ipse non po-
terit sanare vos nec solvere poterit a vobis vin-
culum. Quoniam ego quasi leena Effraim et quasi
catulus leonis domui Iuda. Ego ego capi-
am et vadam et tollam et non est qui eruat.
Vadens revertar ad locum meum donec defici-
atis et quaeratis faciem meam. ¶ In tribu-

VI

latione sua mane consurgent ad me. Veni-
te et revertamur ad dominum quia ipse cepit et sa-
nabit nos percutiet et curabit nos. Vivifi-
cabit nos post duos dies in die tertia suscita-
bit nos et vivemus in conspectu eius. Sciemus
sequemurque ut cognoscamus dominum quasi dilucu-
lum praeparatus est egressus eius et veniet
quasi imber nobis temporaneus et sero-
tinus terrae. Quid faciam tibi Effraim? quid
faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes ma-
tutina et quasi ros mane pertransiens. Propter hoc
dolavi in prophetis et occidi eos in verbis oris mei
et iudicia tua quasi lux egredientur. Quia
misericordiam volui et non sacrificium et scientiam dei plus
quam holocausta. Ipsi autem transgressi sunt sicut
Adam pactum ibi praevaricati sunt in me.
Galaad civitas operantium idolum supplan-
tata sanguine. Et quasi fauces virorum la-
tronum particeps sacerdotum in via interficientium
pergentes de Sichem quia scelus operati sunt.
In domo Israhel vidi horrendum ibi forni-
cationes Effraim contaminatus est Israhel. Sed et tu
Iuda pone messem tibi cum convertero captivita-
tem populi mei. ¶ Cum sanare vellem Israhel
revelata est iniquitas Effraim et malitia Sa-
mariae quia operati sunt mendacium et fur ingres-
sus est spolians latrunculus foris. Et ne dicant
forte in cordibus suis omnem malitiam eorum
me recordatum. Nunc circumdederunt eos ad-
inventiones suae coram facie mea factae sunt.
In malitia sua laetificaverunt regem et in menda-
ciis suis principes. Omnes adulterantes quasi
clibanus succensus a coquente. Quievit
paululum civitas a commixtione fermen-

[...]um peccato iusto irasci ut
[p]eccatores arguat. ne nisi
[ae]ternam captivitatem puniat.
Grandis miseria ubi
[...]cessat emendatio non adhibetur
correctio.

[illegible]

donec fermentaretur totum. Dies regis nostri ce-
perunt principes furere a vino. Extendit ma-
num suam cum illusoribus quia applicuerunt
quasi clibanum cor suum cum insidiaretur eis. To-
ta nocte dormivit coquens eos. Mane ipse
succensus quasi ignis flamme. Omnes cale-
facti sunt quasi clibanus et devoraverunt
iudices suos. Omnes reges eorum ceciderunt. Non est
qui clamet in eis ad me. Effraim in populis
ipse commiscebatur. Effraim factus est subcinericius panis
qui non reversatur. Comederunt
alieni robur eius et ipse nescivit. Sed et ca-
ni effusi sunt in eo et ipse ignoravit. Et hu-
miliabitur superbia Israel in facie eius. Nec re-
versi sunt ad Dominum Deum suum et non quesierunt
in omnibus his. Et factus est Effraim quasi co-
lumba seducta non habens cor. Egyptum invoca-
bant ad Assyrios abierunt. Et cum profecti fu-
erint expandam super eos rete meum quasi
volucrem celi detraham eos. Cedam eos secundum
auditionem cetus eorum. Ve eis quoniam recesserunt
a me. Vastabuntur quia prevaricati sunt
in me. Et ego redemi eos et ipsi locuti sunt
contra me mendacia. Et non clamaverunt ad me
in corde suo sed ululabant in cubilibus suis.
Super triticum et vinum ruminabant. Reces-
serunt a me. Et ego erudivi et confortavi
brachia eorum et in me cogitaverunt mali-
tiam. Reversi sunt ut essent absque iugo. Facti
sunt quasi arcus dolosus. Cadent in gla-
dio principes eorum a furore lingue sue.

VIII Ista subsannatio eorum in terra Egypti. In
gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum
Domini pro eo quod transgressi sunt fedus meum et le-
gem meam prevaricati sunt. Me invocabunt: Deus
meus cognovimus te Israel. Proiecit Israel bonum. Ini-
micus persequetur eum. Ipsi regnaverunt et non
ex me. Principes extiterunt et non cognovi. Argen-
tum suum et aurum suum fecerunt sibi ydola ut
interirent. Proiectus est vitulus tuus Samaria.
Iratus est furor meus in eos. Usquequo non poterunt emunda-
ri quia ex Israel et ipse est. Artifex fecit illum et non est Deus.
Quoniam in aranearum telas erit vitulus Sama-
rie. Quia ventum seminabunt et turbinem metent.
Culmus stans non est in eis. Germen non faciet farinam.
Quod si fecerit alieni comedent eam. Devoratus est
Israel. Nunc factus est in nationibus quasi vas inmundum.
Quia ipsi ascenderunt ad Assur onager solitarius
sibi. Effraim munera dederunt amatoribus.
Sed et cum mercede conduxerint nationes. Nunc con-
gregabo eos et quiescent paulisper ab onere

regis et principum. Quia multiplicavit
Effraim altaria ad peccandum. Facte sunt
ei are in delictum. Scribam ei multiplices
leges meas que velud aliene computate
sunt. Hostias afferent inmolabunt carnes et
comedent. Dominus non suscipiet eas. Nunc re-
cordabitur iniquitates eorum et visitabit pec-
cata eorum. Ipsi in Egyptum convertentur. Et ob-
litus est Israel factoris sui et edificavit delu-
bra. Et Iudas multiplicavit urbes mu-
nitas. Et mittam ignem in civitates eius
et devorabit edes illius. Noli letari

VIIII Israel. Noli exultare sicut populi quia fornicatus es
a Deo tuo. Dilexisti mercedem super omnes are-
as tritici. Area et torcular non pascet eos
et vinum mentietur eis. Non habitabunt in terra
Domini. Reversus est Effraim in Egyptum et in Assi-
riis pollutum comedet. Non libabunt Deo vi-
num et non placebunt ei. Sacrificia eorum quasi pa-
nis lugentium. Omnes qui comedent eum con-
taminabuntur. Quia panis eorum anime eorum
non intrabit in domum Domini. Quid facie-
tis in die sollempni, in die festivitatis
Domini? Ecce enim profecti sunt a vastitate. E-
giptus congregabit eos, Memphis sepe-
liet eos. Desiderabile argentum eorum ur-
tica hereditabit, lappa in tabernaculis
eorum. Venerunt dies visitationis, venerunt
dies retributionis. Scitote Israel stultum pro-
phetam, insanum virum spiritualem, propter multi-
tudinem iniquitatis tue et multitudinem
amentie. Speculator Effraim cum Deo meo. Pro-
pheta laqueus ruine factus est super omnes vias
eius, insania in domo Dei eius. Profunde
peccaverunt sicut in diebus Gabaa. Recorda-
bitur iniquitates eorum et visitabit peccata e-
orum. Quasi uvas in deserto inveni Israel,
quasi prima poma ficulnee in cacumine
eius vidi patres eorum. Ipsi autem intraverunt ad
Beelphegor et abalienati sunt in confusionem
et facti sunt abhominabiles sicut ea que dilexe-
runt. Effraim quasi avis avolavit. Gloria
eorum a partu et ab utero et a conceptu. Quod si
enutrierint filios suos absque liberis eos faci-
am in hominibus. Sed et ve eis cum recessero ab eis. Effraim
ut vidi Tyrus erat in pulchritudine
fundata. Et Effraim ad interfectorem filios
suos educet. Da eis Domine. Quid dabis eis?
Da eis vulvam sine liberis et ubera arentia.
Omnes nequitie eorum in Galgal, quia ibi exosos
habui eos propter malitiam adinventionum eorum.

Marginal glosses:

Ys. xix. f.

Gal.

Festine. Sic mulier in tristicia ... sic ... simile ... filia ... in mensibus ... pullos nutrit. Et si suos vel alienos pullos sepe rapi videat non minus in eodem loco nidificat. Sic diviciis singulis mensibus videt quod eorum fructus a deserto in defectum tendit. ... et amene ... et herbe ... vel ... sua vel aliorum bona sepe ... videat tamen ... non cessat.

Cinis et corpus humanum ... [illegible] ... Sed pane ... tibi ... [illegible] ... Surge comede grandis ... via ... [illegible]

Explicatio cinis est que post ignem remanet et recordatio peccatorum que ... fuerit ... [illegible] ... diebus et XL noctibus usque ad montem Dei ... [illegible] ... usque pervenit ad ultime ... [illegible]

de domo eiciam eos non addam ut dili
gam eos. omnes principes eorum recedentes
sunt. Percussus est effraim radix eorum ex
siccata est. fructum nequaquam facient. quod
si genuerint interficiam amantissima u
teri eorum. Abiciet eos deus meus quia non audie
runt eum et erunt vagi in nationibus.
X. VIII. Vitis frondosa israel fructus adequatus est ei.
secundum multitudinem fructus sui multiplica
vit altaria iuxta ubertatem terre sue exuberavit
simulacris. Divisum est cor eorum nunc interibunt.
Ipse confringet simulacra eorum. depopulabi
tur aras eorum. quia nunc dicent non est rex nobis.
non enim timemus dominum et rex quid faciet nobis.
verba Loquimini visionis inutilis et ferietis
cum inundatione foedus, et germinabit quasi amaritudo
iudicium super sulcos agri. Vaccas betha
uen coluerunt habitatores samarie quia
luxit super eum populus eius. et editui eius super
eum exultaverunt in gloria eius quia migravit
ab eo siquidem in assur et ipse delatus est mu
nus regi ultori. Confusio effraim capiet
et confundetur israel in voluntate sua.
Transire fecit samaria regem suum qua
si spumam super faciem aque et disperdentur excel
sa ydoli peccatum israel lappa et tribulus as
cendet super aras eorum. et dicent montibus
operite nos et collibus cadite super nos. Ex
israel diebus gabaa peccavit ibi steterunt non
comprehendet eos in gabaa prelium super filios
iniquitatis iuxta desiderium meum corripiet
eos congregabuntur super eos populi cum corripi
entur propter duas iniquitates suas. Effra
im vitula docta diligere trituram et ego transi
vi super pulchritudinem colli eius. ascendam
super effraim arabit iudas confringet sibi
sulcos iacob. Seminate vobis in iustitia
et metite in ore misericordie. innovate vobis no
vale. Tempus autem requirendi dominum cum ve
nerit qui docebit vos iustitiam. Arastis
impietatem iniquitatem messuistis comedistis
frugem mendacii. Quia confisus es in viis
tuis in multitudine fortium tuorum. consur
get tumultus in populo tuo et omnes munitio
nes tue vastabuntur. sicut vastatus est
salmana a domo eius qui iudicavit ba
al in die prelii matre super filios allisa. sic
fecit vobis bethel a facie nequicie ma
XI. liciarum vestrarum. Sicut mane transiit.
pertransiit rex israel. quia puer israel et dilexi
eum et ex egipto vocavi eum. Vocave
runt eos sic abierunt a facie eorum baalim im
molabant et simulacris sacrificabant. Et e
go quasi nutricius effraim portabam eos in
brachiis meis. et nescierunt quod curarem eos.
In funiculis adam traham eos in vinculis ca
ritatis. et ero eis quasi exaltans iugum super
maxillas eorum. et declinavi ad eum ut ves
ceretur. Non revertetur in terram egipti et
assur ipse rex eius. quoniam noluerunt converti. Cepit gla
dius in civitatibus eius et consumet electos eius
et comedet capita eorum. et populus meus pendebit
ad reditum meum. Iugum autem imponetur ei
simul quod non auferetur. Quomodo dabo te effra
im protegam te israel. quomodo dabo te sicut adama
ponam te sicut seboim. Conversum
est in me cor meum pariter in me conturbata
est penitudo mea. Non faciam furorem me
um ire mee. non convertar ut disperdam effraim
quoniam deus ego et non homo in medio tui sanctus. et non
ingrediar civitatem post dominum ambulabunt.
quasi leo rugiet quia ipse rugiet. et formida
bunt filii maris et avolabunt quasi avis ex
egipto. et quasi columba de terra assiriorum. et
collocabo eos in domibus suis dicit dominus deus.
Circumdedit me in negatione sua effraim
et in dolo domus israel. Iudas autem testis descen
dit cum deo et cum sanctis fidelibus. Effra XII.
im pascit ventum et sequitur estum tota die
mendacium et vastitatem multiplicat.
et foedus cum assiriis iniit et oleum in egiptum
ferebat. Iudicium ergo domini cum iuda et visi
tatio super iacob. iuxta vias eius et iuxta adin
ventiones reddet ei. In utero supplantavit
fratrem suum. et in fortitudine sua directus
est cum angelo et invaluit ad angelum et con
fortatus est. flevit et rogavit eum. in bethel
invenit eum et ibi locutus est nobiscum. et dominus
deus exercituum dominus memoriale eius. Et tu
ad deum tuum converteris. misericordiam et iudicium custodi et spe
ra in deo tuo semper. Kanaan in manu eius
dolosa statera calumpniam dilexit. et dixit ef
fraim. Verumtamen dives effectus sum inveni
dolum mihi. Omnes labores mei non invenient mihi
iniquitatem quam peccavi. et ego dominus deus tuus ex ter
ra egipti adhuc sedere te faciam in taber
naculis sicut in diebus festivitatis. et locu
tus sum super prophetas. et ego visionem multipli
cavi et in manu prophetarum assimilatus sum.
Si galaad ydola frustra tamen erant. In gal
gal bubus immolantes. nam et altaria eorum
quasi acervi super sulcos agri. Fugit iacob

in regionem Syrie et servivit Israel in uxore
et in uxore servavit. In propheta autem eduxit Dominus Israel
de Egypto et in propheta servatus est. Ad iracundi
am me provocavit Ephraim in amaritudini
bus suis et sanguis eius super eum veniet et obprobri
XIII um eius restituet ei Dominus suus. Loquente
Ephraim horror invasit Israel et deliquit in Baal
et mortuus est. Et nunc addiderunt ad peccandum
feceruntque sibi conflatile de argento suo quasi si
militudinem ydolorum. Factura artificum totum
est. His ipsi dicunt homines immolate vitu
los adorantes. Idcirco erunt quasi nubes
matutina et quasi ros matutinus preteriens sicut
pulvis turbine raptus ex area et sicut fumus
de fumario. Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Egyp
ti et Deum absque me nescies et salvator non est pre
ter me. Ego cognovi te in deserto in terra solitu
dinis. Iuxta pascua sua adimpleti sunt
et saturati elevaverunt cor suum et obliti sunt
mei. Et ero eis quasi leena, quasi pardus in via
Assiriorum. Occurram eis quasi ursa raptis ca
tulis et disrumpam interiora iecoris eorum et con
sumam eos ibi quasi leo. Bestia agri scindet
eos. Perditio tua Israel tantummodo in me auxilium tuum. in
me. Ubi est rex tuus maxime nunc salvet te
in omnibus urbibus tuis et iudices tui de quibus
dixisti: Da michi regem et principes. Dabo tibi regem
in furore meo et auferam in indignatione mea.
Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum
eius. Dolores parturientis venient ei. Ipse filius non
sapiens. Nunc enim stabit in contritione filiorum.
De manu mortis liberabo eos, de morte redi
mam eos. Ero mors tua o mors, morsus tuus
ero inferne. Consolatio abscondita est ab oculis
meis, quia ipse inter fratres dividet. Adducet u
rentem ventum Dominus de deserto ascendentem
et siccabit venas eius et desolabit fontem
eius. Et ipse diripiet thesaurum omnis vasis de
XIIII siderabilis. Pereat Samaria quoniam ad ama
ritudinem concitavit Deum suum. Pereat in gladio.
Parvuli eorum elidantur et fete eius discindantur.
Convertere Israel ad Dominum Deum tuum quoniam corruisti in
iniquitate tua. Tollite vobiscum verba et con
vertimini ad Dominum, dicite ei: Omnem aufer ini
quitatem et accipe bonum et reddemus vitulos
labiorum nostrorum. Assur non salvabit nos, super
equum non ascendemus nec dicemus ultra: Dii nostri opera
manuum nostrarum, quia eius qui in te est misereberis
pupilli. Sanabo contritiones eorum, diligam
eos spontanee, quia aversus est furor meus ab eis.
Ero quasi ros, Israel quasi lilium germinabit
et erumpet radix eius ut Libani. Ibunt rami eius
et erit quasi oliva gloria eius et odor eius ut Liba
ni. Convertentur sedentes in umbra eius. Vivent tritico
et germinabunt
quasi vinea, memoriale eius sicut vinum
Libani. Ephraim quid michi ultra ydola?
Ego exaudiam et dirigam eum. Ego ut abie
tem virentem, ex me fructus tuus inventus
est. Quis sapiens et intelliget ista, intelligens
et sciet hec? Quia recte vie Domini et iusti ambu
labunt in eis, prevaricatores vero corruent
in eis. Incipit prologus in Iohel.
Non idem ordo est duodecim prophetarum apud septuaginta
interpretes qui in hebraica veritate
Sanctus Iohel apud hebreos post Osee ponitur
et sub eo nomine Ephraim ...
Hoc propheta idcirco nec reges nec tempora sunt
prenotata, quia isdem temporibus ac regibus quibus
Osee prophetavit et ipse prophetavit. Tribus quippe
generibus rethorum hic sumuntur principia
artis sunt arguntur patres. Ex quibus in
cipe solet orator aut intentos, docibiles aut
benivolos aut attentos auditores solet
efficere. Hic igitur propheta, recte a magnitudine
cladis sumens principium, eos quos aditurus
erat volens ad penitentiam provocare, reddit
intentos, aminans futurum malum ut con
siderantes futuram venturi cladis aspe
ritatem omnes arripiant penitentiam. Item alius prologus.
Sanctus Iohel apud hebreos post Osee ponitur
et sub eo nomine Ephraim a decem tribus
offertur vaticinium, quod vel Samarie vel Israel
vel sepe memorantur. Sic in hoc propheta omne
quod dicitur ad tribum Iuda et ad Ierusalem pertinere
credendum est, et nullam omnino Israel mentionem fieri
vel decem tribuum in hoc fieri mentionem. Tempora quibus
prophetavit eadem debemus accipere que
in Osee leguntur: in diebus Ozie, Ioathan, Acha
chas et Ezechie regum Iuda, et in diebus
Ieroboam filii Ioas regis Israel. Porro secundum esse
sermonem Domini ad mentem eius refertur
cui factus est, non ad conditionem eius cui fieri dicitur,
ut alibi legitur: Dominus michi factus est in salutem.
Audiendum autem in scripturis sanctis, non est ille qui aures
sonat, sed qui in corde percipitur, iuxta illud quod Dominus
in evangelio loquitur: Qui habet aures audien
di audiat. Et quod dicitur hebraice hietinu, grece
ecenotisasthe, latine sonat auribus percipite,
quod ipse non aure sed corde percipitur. Qui senes sunt
et celestes, audiunt spiritualiter; qui autem humani
in terra, appellantur quia terreni auribus perci
piunt. Utrumque autem hec duo verba iuncta po
nuntur non ad simplicem tantum verborum sonum, sed
ad reconditam quoque dictorum intelligentiam
pertinere intelligendum est. In Genesi La
mech loquitur ad uxores suas Ada et Sel
la: Audite verba mea uxores Lamech, au
ribus percipite sermones meos, quia virum occi
di in vulnus meum et iuvenem in livorem
meum. Rectum quia se sponte diligentes lectoris timorem suum sedare
dum per memoriam ... fragmentis ... scire fuerit.

Ego ... ab una ... [illegible]
... [illegible] ... germinabit ... [illegible]